







[19.] 2. 18.

19. 3. 29



ii



Magnifico & amplissimo
Domino, D. Johamij Mc-
lande Serenissime Scotie
vno Regiae Majestatis
Cancellario, Dab' pro
& necessarij benignis
Chentus?

Jacobus Iao,
barus.

in
per
m

Se
Ne
Fr

*

CARMEN
in nuptias IllusTrissimj &
potentissimj Principis & Do-
minij, D. IACOBI VI
Regis Scotie ut:

Seremissimæ Heroine N.
NÆ lauda tissime memoria
Fridericij II. Damæ &
Norvegiae regis filie.

scriptum

Jacobo Jacobæ
Ludimod: Shloessi.

Incyte Rex , ampli .
Et decus stricto
M̄tis sepe agitat variam
Hosti velut pinum
Maxima regnorum gne .
Ornamenta , decus , vita
Nm̄ sacra sensu constri
Æthere gne sauḡm̄
Vel mitide fofis minime
Quales magnamini
Nm̄ sancte leges

Scotiorum gloria regis
Spesq' salissq' soli

Sententia mentem;

Vertere ventus agit,

Gloria, maxima plebis

Corona, fatus.

Fa è marmore templa

Terribus alta suis:

E montibus arces,

Regibus epe solent:

Soriant gue Visera regis,

Et proceres ipsos.
Si animas forgnent; ind
fel a
Illa doces, huius dulcis im
id t
Quis referto solus? nomine Ven
Obtinet, aut pariter
Hanc certe tandem meri te ef
Quia, nec priuari. nosf
Vermi quid emfor. quid he
Emi potius retro Plu
Exprimat et panis gnoq
Maxima que regni glori

ip/pos
uent; i
us dula
s home
anfer
m meri
inay
Tor. qmd
retro
nus
regm

indigenas' sonent.

4

sed eos, Rex optime, solus'

imago rej.

id tua regia coniunct

Venitcat ANNA sibj?

ta est cum rege marito

nosFra Thalia sinet.

sic ambaeibns' utor?

Musa reflecitat iter?

gnod prodiui ante, politis

Gloria, gnaej salus?

Si libet amates dabo
Et conferre sim'ls fec
Si libet illus' fre'm
Ex p'c'ans d'ams R
Si libet ex' mitidis
I' lma f'nae pe
Quae su' Vira salu's,
H'is labor e
Regna h'icat decorent
Est regnis regem

rum magnificere Regnum
serla Vetusfa nomis:
scrutarij ab origine stirpem
, Rex Iacobus, snam:
Virtutibus HEROINA
misus cernere progemiem:
Inceus quæ gloria regnis
m' sitis omnis expediet.
permista, tamen deus unum,
regibus esse satum.

Non tamen hor satis

Contine ex dñabus

O regio felix igitur

Comitg properans

Quoq thornis fuerit

Major eo regnis

Hinc reges uno coalescent

Latius hinc fines

Hinc manet missolata

Et placida solitum

est, sed protem regna viri,
posse tenere suis. sem
rex cuius honestum
ardet mire thorium.

foecundior ipse ingens
Venerit inde salus.
Corpo mithi,
fendit amicitia:
suis pax publica regni
religione Deus.

Quid multis signis
Felix hor uno
Omnia circa domino dicen
Omni datus sancta
Vidit enim multis
Contine reges
Felix ille dies CHRISTI
Maria ubi primus
Felix illa dies meus
Ille subi thalamos

7
migrat
uno
dicens
fantas
muffis
reges
CHRISTI DE NOMINE PRIMO
primum
mines
chalam

felix est nomine regis,
nomine semper erit.

dæ pœfōre grates,
prosperitate beat.

gemmatia scapula per annos
optimissæ fños.

regna regenda dedit.

sigunda lapillis
gnâ, DOROTHEA, fños.

Mascula nūlla fū
Iam dūdūm Dām
Quocirca antiquūm series
Nescio quo fato
Sic Deus omnipotens
Transfert regna :
Quid poterit quæso mīr
Cū Videas fantam
Ut patn̄los uno diffīl
Arbor dans factus

regali sanguine protex
illa sed interficit :
et linea Regum
prospera et interficit.
cum fert sua sancta voluntas,
alios constituitq' ducis.
esse beatius illo,
impigerem progeniem .
dicitur stipite ramos
fertilitate nos .

Utḡ alij̄ illa de cyp̄tos
Inserimus, fr̄c̄tus
Sir ḡn̄ CHRISTIERNI
Reges imm̄nos
Magnam̄m̄sq̄ d̄n̄ces
Quis reflus fa
Ut modo pr̄terea m
Suffici, & conim̄
Nec, fateor, nos Era
Carmine ḡne c̄m̄

cerpos

arbore ramos

9

francis

Uberiusq' ferunt.

TIERN

færmido è corpore Regis
secula nostra Vident.

meros

Reginas atq' Dicissas,

mam ferminat Oceanus.

mittos, Rex, omnisq' Unus
regia, SEXTE, sua.

santa est facienda Musæ,
Ios concelebrare queat.

Quot memorat Fabios

Roma, quot angustos

Tot reor, ex celso Chri

Stq^o ducis fortes

Ille etiam radix Vestr^o

Stemmatu^r & claru^r

Sed gemis ambo nim

Sanguine: sic uno

Var pater omnipotens

Inxerat heroas,

10
vna de syrpe Celebres

Marte fogaz dñces.

Sfierij sanguine reges
dimmerare licet.

Vestm Chriſtianis Utqz

portio parſy ſui.

Vestrum cenſcinditn vno
Corpoꝝ immixti amor.

Vno ḡm Corpoꝝ binos
ſeruet et unanimes:

Nesforeos ^o Vimant Rex
Ferhiis et Videant
Et matos matovm ^o Et
Ut proanos prisces
Vimte felices igitn^o.
ANNA decus
Vimte felices , soj sed
Om^o dabit aeternae

nt Rex

& REGINA per amos

11

Videant

pignora Connubij.

Et

gij nascantur ab illis

priscos

Vidit Ut ergo suos.

gith,

Rex misere & Anna

ecce

patrij & magna corona Ioh.

Ioh sed

Vimite Christo,

eterne

gaudia sortis. Amen.

Teosifor
etiam diem initij ma-
trimonij comple-
tens.

Clemens Lætus erat,
Iacobus Sexus & Anna
Comvbi Claros Ut
petere thoros.

CENOTAPHIVM

12

Illusterrimo Principi ac
Domino, Dmino

FRIDERICO II.

Danorum & Norvegiano-

rum Regi &c. scriptum & die 5.

Iunij, Anno 83. quo tempore

eius funeri Roschildiae iu-

sta fiebant, in Gym-

nasio Asloensi

recitatum

à

JACOBO JACOBÆO Volfio.

THOMAS MORVS.

Princeps pius nunquam carebit liberis

Totius est regni pater.

Princeps abundat ergo felicissimus

Tot liberis, quot subditis.

ROSTOCHII

Stephanus Myliander excudebat:

ANNO

CLXID XIIC.



EPIGRAMMA

Ornatiss. viro
JACOBO JACOBÆO
Scholæ Asloensis Re-
tori S.

Iusticiam, Pacem, Musas & tem-
pla fouentes
Reges, dona Dei sunt & imago
Dei.

Talem cum laudes gener omni lau-
de intentis
Præfulis, & laus est hæc tua,
lausq; Dei est.

JOHANNES FRE-
DERVS D.

R E V E R E N D O E T
C L A R I S S I M O V I R O
*eruditione, virtute & di-
gnitate præstanti*

M. IOANNI NICOLAI
*dioecesum Asloensis & Hamma-
rensis Superintendenti vigi-
lantissimo, socio ob-
seruandissimo.*

Eripides, Venerande
sacer, Ulyssem inter
cætera quibus Hecubæ
filiam Polyxenam pro
Græcorum salute mactandam per-
suadere voluit, hoc etiam tanquam
præsentissimum medium adhibuisse
commemorat.

xvi

καὶ μὲν ἐμοὶ γε λόγῳ μεν καθ' ἡμέρας
καὶ εἰ Κρίσης ἐχομοι, πάντα ἀν δέκαντας ἔχει
τύμπον δέ βοι λοίμων ἀν αξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὁρῶντος, διὰ μακρῆς τὸν ἕχαστον.

Quae mihi cuncte quidem tribuuntur
præmia viuo
Non parui faciam, sicut licet exi-
guas:

Ait, ego nolo, meus tumulus priuetur
honore

Tempus qui longum post mea fa-
ta manet.

In hoc uno Ulysse mentem perspi-
cimus omnium Philosophorum, qui
finem vitae honestæ & cum virtute
transactæ laudem immortalem statu-
erunt. Huius rei non tam illorum scri-
pta quam facta testimonio sunt: hinc
enim tot mortuorum memoriae; tot E-
picedia & Epitaphia: tot commen-
datio-

dationes & funebres Orationes semper habitæ sunt. Hæc exequiarum iusta neim, arbitror, imusta affirmare potest: non enim meliori ratione mortuorum virtutes & benefacta ad posterorum memoriam quim honesta et digna prædicatione transfernuntur: neq; hac ulla res mortuorum amicis gratior esse potest, ut videre est, in Cesare Augusto & Octavia sorore, qui ubi Virgilium locum illum 6. Aeneidos de mortuo Marcello recitantem audierunt, ob ortis lachrymis silentium imperarunt: Octavia verò ipsa Marcelli mater animo defecit, & pro singulis versibus denis festiis Poetam donauit. Verum ut voluptatem Augusti & Octaviae, virtutibus Mar-

celli audiendis, mittam, quis est qui
non afficiatur dignis honorum En-
comijs? quis est qui non delectetur
eorum historijs? certè non minori de-
siderio eas audiendi, quim præstan-
tes homines videndi incendimur &
commixmur.

His rationibus motus discipulis
meæ fidei commissis, quam primum
Illustrissimi Regis nostri obitum au-
ditione perceperimus, pro exercitatio-
nis styli argumento historiam sancti-
ssimi Regis quantum per ingenij mei
tenuitatem fieri potuit, proponere con-
stitui, quod ubi sensit Tua Præstan-
tia, mihi autor fuit, ut orationem
ipse conscriberem & in auditorio re-
citarem, non tam ut iuuentus exem-
plum huius materiæ confiende ha-
bere

bere, quam alij dignissimam regiae
maiestatis commendationem audire
possent, præsertim eo die quo sanctis-
simi Regis funeri in Dania exequiae
peragerentur. *Quamvis autem*
non ignorem doctissimos viros nii-
nime intermissuros quin pro summa
sua dicendi copia & facultate per-
multa de optimo rege nostro & gra-
niter & ornate dicant: tamen T.
reuerentia mihi persuasit, ut ob præ-
nominatas causas hanc etiam nar-
ratiunculam, velut anser strepens
inter olores contexerem. Verum
quia intellexi eam licet rudem &
incultam auditoribus non insuauem
fuisse, nonnihil animi mihi addidit,
ut eam typis committerem, & sub
tue humanitatis nomine emitterem,

non modo ut tue erga me benevolentiae, sed etiam mea erga tuam
Reuerentiam obseruantiae gratitudinis testimonium publicum exta-
ret. Quod superest, aeternum
Deum totum pectore credo, ut tu-
am praestantiam quam
diutissime incolument
conseruet. Asloia
5 die Iunij An-
no 1588.

T. R.

Colens

Jacobus Jacobæus
Volfius.

CENO-

e benem-
rga tuam
grati-
cuni exta-
ternum
ut illi-
am
em
ia
Iacobus
ans.
ENO.

CENOTAPHIVM

16

Illustrissimi principis ac Dmni,
D. FRIDERICI II. Da-
norum & Norueganorum
Regis inclytissimi &c.



Chilli Græcorum præ-
stantissimo heroi, in
Troiana Regione vbi in
fata concessit, sepulto:
Græci in memoriam il-
lius virtutū quibus in-
ter cæteras nationes non aliter atq; Sol
inter reliquas stellas tota Græcia resplē-
duit, *κενοτάφιον* in Chersoneso Hellespō-
tica egesserunt. Quanto magis nos op-
timi regi nostro laudatissimæ & beatissimæ
memoriæ FRIDERICO II. cui
hoc die Roschildiæ in Dania, non sine
maximo omnium ordinū, ciuitatū, præ-
diorū, & pagorum luctu, iusta fuit: non
solt̄ hic Asloia: verum etiam in singulis
huius regni locis, nō sepulchrum vacuū,
quale Græci suo Achilli, sed illud lacri-
mis

mis nostris refertum erigere debemus.
Amisimus enim non gigantem bellico-
sum religioni & subditis maximam ali-
quando perniciem, sed communem ho-
rum regnorum salutem, illustrissimum
& potentissimum heroa **F R I D E R I-**
C V M II. verè studiosum pacis prin-
cipem, indefessum tamen sanæ religio-
nis & iustitiae propugnatorem, clemen-
tissimum regem nostrum, Patrem pa-
triæ, summum ecclesiæ filij Dei in hoc
afflictissimo mundi statu nutritorem &
promotorem: Hunc inquam, charissi-
mum patrem patriæ ad meliora tamen,
nobis relictis, concedentem, proh dolor,
amisimus, | non sine acerbissimo om-
nium piorum dolore & ingenti lu-
ctu: luget Regina illustrissima orbata
coniuge vnicè dilecto: lugent illustres
liberi amissò patre, luget amplissimus
Senatus amissò capite publici consilij
duce præcipuo: lugent vniuersi subditi
amissò rege optimo, vnicò propugnacu-
lo: lugent idq; omnium maximè Eccle-
siæ & scholæ, amissò nutrio liberalissi-
mo,

mo, & vindice & propugnatore fidelissimo.

17

Etsi autem nos verbo Dei edocti certissime exploratum habemus, sanctissimum regem nostrum ex hoc mundo, sedissima malorum omnium & calamitatum colluizione, omniumque scelerum officina opulentissima auocatum in tranquillum illum beatorum cœtum, sanctorum patriarcharum, prophetarū, & regum selectissimum consilium emigrasse, ubi nunc cum rege regum & domino dominantium Filio Dei, cuius regni terminos summa cura hic defendit, & extendit, optatissima requie fruitur: atque cum regibus sanctissimis Davide, Iosia, Ezechia, Iosaphat, aliisque eiusmodi, pientissimo patre & aeo, qui Christum in terris hospitio acceperūt, immo civitate æternum manente donatus est: tamen nostrum qui superstites sumus et sub illius felici gubernatione in hac vita longè beatissimi viximus, omnium interest, aliquo tanti Herois & Patris amissi mœrore affici, eiusque gratam memoria.

riam conseruare : atq; vtinam maior à
nobis pro beneficiis quæ horum regno-
rū ecclesiis, scholis, & politiis per ipsum
contigerunt, Deo exhibita esset gratitu-
do, certè tanto bono tām subito priuati
non essemus. Quocirca metuendum,
ne DEVS pro sua iustitia acerbiori fla-
gello, si quid tamē potest esse acerbius no-
strā ingratitudinem & peccatorum secu-
ritatē inuisere in animo habeat ; siquidē
DEVS, (si quid ponderis hic Plato ha-
bere possit) Quando vult benefacere
ciuitati viros præstantes mittit : quando
verō vult punire ciuitatem, auocat ex ea
bonos viros DEVS. Quem quæso re-
ge meliorem à nobis auocasse potuit ?
certè neminem ; quare quò præstantio-
rem nobis eripuit, eo grauiora Rebus
publ. impendere mala nobis persuasi-
sum habemus. Iratum Deum tristissi-
mi & grauissimi casus arguunt : cur nos
non circumspicimus ? cur non conside-
ramus quot illustres personæ breui tem-
pore hanc vitam cum morte commuta-
runt ? Quæ causa est alia, quām vt
DEVS

18

DEVS talia lumina colligat, ne ea quæ
contumacibus ceruicibus nostris immi-
nent aspicere cogantur? Huic malo me-
lio i ratione non anteuenitur, quam pia
vitæ emendatione, & precatione: Qua-
propter deposito peccati veterno ad
preces tutissimam arcem in hisce angu-
stiis confugiendum est; paternam faciem
nobis rursum retegat DEVS ac miseri-
cordiæ suæ memor hunc ingentem do-
lorem aliquo saltem gaudio commutare
velit. Gratiae illi sunt agendæ qui re-
gem *FRIDERICVM II.*, nobis non cri-
puit antequam in regni successionem il-
lustrissimus filius *Christianus III.*, eli-
geretur: hunc ut tueatur & hisce regnis
conseruet precibus sollicitandus est o-
ptimus DEVS, nec non ut Spiritu suo
illū impertiat, ut paternis vestigiis in he-
roicis & Christiano principe dignis vir-
tutibus insistat: conseruet amplissimos
Daniae proceres, vtriusq; regni senatum,
regium Cancellarium, alterum in affli-
ctissimo modò regno oculum, & cæte-
ros vniversos quibus nostra felicitas

iam

siam tota tanquam hedera pyramidī a-
licui innititur.

Verūm & aliquantulum memoriam
virtutum & beneficiorum regis nostri
FRIDERICI II. perpetua memoria di-
gnissimi renouare, eamqe grata mente
conseruare, Deoqe pro tot & tantis be-
neficiis per ipsum Ecclesiae & Reipub.
collatis gratitudinem possimus præsta-
re, operæ premium existimauit, me hoc
tempore pauca de illo dicturum. non
quod sperem me huius patris patriæ
virtutes digna oratione prosecuturum,
eae enim plures sunt & maiores, quām
vt ullius Rhetoris oratione enumerari
& comprehendendi possint, quātum ab-
est, vt ego, quem & ingenium & vires
deficiunt, tale quid vel mihi vel vobis
promittere queam.

Quo autem certi constituantur no-
stræ orationis termini, initium, progres-
sus & finis, tria tantum dicam eaeqe bre-
uissimè pro ingeniolí nostri mensura:
vestrum erit boni consulere, & in me-
liorem interpretari partem, illius me-
mores,

15

mores, In magnis voluisse sat esse: & neminem artificem suum opus vel Phidium adeo absoluere & polire quin etiam amplius vellet: meas etiam ex vestris affectionibus potestis facile metiri & iudicare: experti estis & etiamnum experimini quot dolores, quot gemitus & quot animi perturbationes grauissimus hic casus vobis attulerit, ut non modo amissum publicum bonum, optimum regem vestrum lugeatis: sed etiam plura mala, quae tamen DEVS auertat, quasi timore Panico perculsi timeatis, idque tantopere ut ad leuissimorum arborum foliorum motus terreamini. Primo itaque dicam de beatissimae memoriae regis nostri **F R I D E R I C I** II. natalibus atque maioribus: deinde de vita genere, quomodo regno inauguratus illud amplificauit & administravit: & postea de placidissimo vita exitu.

Natus est Haderslauiae **F R I D E R I C U S** II. Rex Daniæ & Norvegiæ de quo sumus dicturi, Anno Christi 1534 primo die Iulij, triennio antequam pater eius lauda-

laudatissimæ memoriæ Christianus III
regnis hisce otium, religionem veram,
& bonas literas restituit, profligatis &
deuictis hostibus Christophoro Comite
ab Oldenburg cum suis affeclis Georgio
Textore et Marco Meiero Lubecëlibus
& alijs qui tunc temporis, mortuo patre
Friderico I. huius *F R I D E R I C I* no-
strî aucto, regnandi libidine hisce regnis
tanquam prædæ inhiarunt.

Patrem habuit illustrissimum Re-
gem Christianum III. *F r i d e r i c i* I. Du-
cis Holsatiæ, qui ex fratre nepote Chri-
stiano II. filio regis Iohannis à Senatu
Daniæ præscripto hæc regna annos de-
cem cum magna laude administrauit.

Mater ei fuit *D O R O T H E A* ex
clarissimæ inclytorum Saxoniæ Princi-
pum familia oriunda, filia Illustrissimi
Principis Magni, ducis Saxoniæ inferio-
ris.

Qualis & quantus Serenissimus pa-
ter Christianus III. fuerit neminem la-
tet; & si liceret mihi de hoc *F R I D E-*
R I C O eius filio iam dicturo extra septa
vagari

20

vagari illius mentionem minimè præterire deberem : speo tamen vitio mihi minus posse verti, si id parcus fecero, quò melius eandem menteim, eundem animum, idem vtriusq; patris & filij studium & propositum fuisse perspicere & cognoscere possimus.

Patri Christiano III. nihil magis curæ fuit quam Ecclesiæ Christi & Reipub. salus : quo circa reuersus ab auunculo suo Ioachimo Electore Brædenburgensi, patri Friderico I. Ducum temporis Holsatiæ, author fuit, ut abiectis Papisticis nugamentis & te nebricosis hominum ligamentis, puram Euangeliū lucem ipse amplecteretur : hanc doctrinam patri in imperio post biennium interregnum succedens, inveterata Pontificiorum Idolatria à patre primum expugnari cœpca & ferre euersa & extirpata, summa cura plaut & irrigauit. Quò autem felicius iactum Euangeliū semen in messem usque ubiorem cresceret, remotis Episcopis Pontificiis, superintendentes

B Ec-

Ecclesiarum, eruditione, pietate &
morum integritate præstantes viros,
septem in Dania & quatuor in Norve-
gia constituit, qui curam idoneorum
pastorum haberent, nec non rationem
pauperum, quibus vitæ necessaria in
nosocomijs passim constitutis liberali-
ter suppeditarentur. Scholas Ecclesiæ
Dei Seminaria & omnis pietatis & ho-
nestatis officinas aperuit, & docenti-
bus liberalissima stipendia deputauit,
monachis inutilibus terræ ponderibus
& fruges tantum consumere natis pe-
nitus effectis: Imò non tantum triuia-
les, vt vocant, scholas constituit, sed e-
tiam quò in vno Regni Daniæ loco
Emporium quasi Musarum haberi pos-
set, generalem scholam, Academiam
Hafnensem, ab auo suo Christiano I.
antè quidem Anno Christi 1475 funda-
tā sed motibus bellorum, ferè collapsam
restaurauit & quasi nouam erexit aucto-
professorum numero eorumq; stipen-
dio. Sed vt omnia in vnum con-
traham, nihil prætermisit Christianissi-
mus

pietate &
tes viros,
n Norve-
doneorum
rationem
cessaria in
is liberali-
s Ecclesie
atis & ho-
docentie
eputauit,
onderibus
natis pe-
im triua-
it, sed e-
aniae loco
aberipol-
ademiam
ristiano I.
75 funda-
collaplam
exit auc-
um cōfisti-
um con-
istianisti-
mus

mus Rex Christianus quod gloriae Dei
promouendæ utile cogitare posset.

21

Tali animo sanctissimus Rex in
Deum fuit, certè non minus erga sub-
ditos fuit affectus, quare perpetuò in
eorum animis viuunt eius clementia,
mansuetudo, facilitas, studium pacis
atq[ue] benignitas: de quibus ut sigilla-
tim dicatur, non est nostri instituti,
sed potius ad narrationem de filio
F R I D E R I C O nos reflectamus. Illa
verò quæ de Christiano patre comme-
morauimus, huc faciunt, ut conspici-
atur, non mirum esse: semina virtu-
tum, & similes impetus parentum in
liberos à parentibus tanquam per ca-
nalem traduci & deriuari: vnde etiam
non nihil dicere illos arbitramur, qui
animam humanam ex traduce propa-
gari asserunt, siquidem omnes virtu-
tum impetus actioni animæ non pos-
sumus non attribuere.

Verum iam non disputamus, sed re-
gis nostri **F R I D E R I C I** mores & impe-
tus non alienos à patris sui demonstra-

B 2

mus

mus neq; nostra demonstratio multis
argumentis indiget, cum ea tale exem-
plar tuis oculis viua imagine subiicit,
si hoc tibi nō satis fecit, autoritas si quid
valet, valet autem plurimum, tibi satis-
faciet: Pindarus non veretur pronun-
ciare Φυλή στὸν Πατέρα ἐκ πατέρων
ποὺ τιν λῆμα, hoc est, generosi parentū
anīmī natura & in filiis excellunt. Pin-
daro astipulatur latinus Poëta:

*Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroceſ
Progenerant aquilæ columbam.*

Adeò excellens in rege **F R I D E-**
R I C O fuit natura quam plurimum
liberalis institutio adiuiuit, nam à pue-
ritia nō modò veram de Deo doctri-
nam didicit; sed etiam ad amorē Chri-
stianæ religionis, iusticiam, mansuetu-
dinem, moderationem & id genus vir-
tutes cæteras, Christiano principe di-
gnas, optimè est institutus: in quo vbi
Illustrissimus pater regias virtutes emi-
care vidit, dignum iudicauit, qui in re-
gni

io multis
ale exem-
e subiicit,
ras si quid
tibi fatis-
pronun-
u. marique
si parentu
unc. Pin-
a:
onis:
patrum
n.
F R I D E
lurimunt
am à pue-
o doctri-
orē Chri-
ansueu-
genus vir-
incipe di-
i quo vbi
ates emi-
quā inie-
gnī

gni successionem designaretur, quare
homagio illi à regni Daniæ subditis
præstito anno ætatis 8. Christi verò
nati 1542. in Dania, sexennio verò post
Anno Christi 48. h̄ic Asloïæ ab yni-
uersis regni incolis Rex electus est.

Interea quantum temporis occasio
ferre potuit, etiam in Germaniam, va-
rios hominum mores & vrbes vt co-
gnosceret, profectus est, ad affinem su-
um Augustum Ducem & Electorem
Saxoniæ, ybi etiam moribus honestis
plurimum profecit, antequam horum
regnorum imperio vndecim post annis
inauguraretur,

Atque hæc de natalibus, illustribus
parentibus, eorumq; fideli opera in re-
gem instituendum, vbi nihil regium
neq; in pueritia, neque in adolescentia
desiderari videtis: Sequitur alterum
quod proposui de vitæ genere, quomo-
do regni administrationem adeptus il-
lum amplificarit & gubernarit.

Vitæ genus tale fuit, quale omnibus
constat, quò minus prolixa narratione

B 3 indi-

indiget. Inclytissimus & illustrissimus
Rex fuit regnum Daniæ & Norve-
giæ. Ad regiam dignitatem Anno 15-
59 deuenit, & die 20 Augusti regno-
rum Diademate solenni ritu Hafniæ
Metropoli Daniæ in æde Diuæ virgi-
nis coronatus est, quo quidem anno,
pater Christianus III. ipsis Ianuarij
calendis huius fugacis vitæ miserias
cum æternis gaudijs commutauit. Ex
hoc tempore usq; ad extreum spiri-
tum, non vt Leo, sed summa pietate,
clementia, iustitia, φιλονομία, sortitu-
dine & tanta lenitate & moderatione
his regnis præfuit, ut nihil à bono pa-
tre differre visus sit, prælucens subditis
casti pudoris exemplo.

De hisce virtutibus bono principe
dignis iam dicendum est, vbi tamen
prius mentionem fecero, quomodo
regnum à patre acceptum amplificarit
& ornarit, deinde breuibus me expedi-
am quo modo dictis virtutibus re-
gnis præfuit.

Amplificando regno non defuit ei
studi-

trissimus
Norve-
Anno 15-
ti regno-
Hafniae
uæ virgi-
m anno,
Januarij
misericordia
uit. Ex
am spiri-
tua pietate,
, fortitu-
deratione
pono pa-
s subditis

principe
oi tamen
quomodo
plificari
ne expe-
ribus re-
desuitem
studii

studium & voluntas, siue in ecclesiis
& scholas, siue in Remp. oculos tuos
coniscere velis. Videsne quanta pietate,
quam indefesso & ardenti amore
Dei, qua virtute assiduam abundauit,
ecclesiis & scholas amplificauit?

23

Christianissimus pater veram religionem è pontificum tenebris, tanq; è Cimmerijs vmbbris reduxit & vindicauit & nobis quasi in manus tradidit: sed hic à patre religionem plantatam ornauit & locupletauit: testes sunt ecclesiæ & ecclesiarum ministri. Quot pastores in Dania regiam liberalitatem experti sunt? quot in Noruegia regia munificentia subleuati sunt? quot sunt quibus stipendium regiis decimis auxit? Christianissimus pater scholas passim satis cum laude constituit: sed hic solita benevolentia & munificentia eas itidem ornauit, non solum docentibus, sed etiam discentibus necessaria suppeditans.

Vt munificentiam eius erga docentes præteream, quot quoquo sunt bonarum literarum tyrones qui ea gaudet?

B 4

quot

quot in Dania, quot in Noruegia regia
eleemosyna iuuantur & sustentantur?
certe illorum catalogum conscribere
longum foret. Vnum tamen exem-
plum hic attingam, cuius simile non
scimus ab ullo regum non modò Da-
niæ sed ne totius Europæ factum.

In Selandia Danorum SORÆ ab
Ascero Ryg patre Absolonis, tempo-
re Valdemari I. Episcopi Roschilden-
sis, & Esbernii Snare, pio quidem, pro
eius temporis ratione, proposito, fun-
datæ, liberam scholam Anno 85. consti-
tuit; ut eo loco quo olim fœdissima
monachorum agmina Diabolo aleien-
tur, nunc Deo ingeniosissimi instituan-
tur adolescentes, sexaginta nobiles &
sexaginta humili genere oriundi: eo
loco, ubi monachi artifices omnis ver-
sutiæ & nequitiae instructissimi inde
profilerunt, nunc viri Ecclesiæ & Rei-
pub. utilissimi, inde tanquam ab equo
aliquo Troiano prodire possunt. Et
quo maiori fidelitate discentes in bonis
literis informarentur, ei loco virum no-
bilem

bilem eruditione haud vulgari celebre
Christianum Machabæum Alpinatem
Doctoris Iohannis Machabæi, Theo-
logi in Academia Hafniensi olim ex-
cellentissimi filium præfecit. Quod
quæso maius pietatis regiæ argumen-
tum esse poterit, quam ita Ecclesiæ &
Reipub. prospicere? verum non satis
esse duxit clementissimus Rex aliquid
incipere, nisi etiam idem ad finem feli-
citer perducatur: quare ne adolescen-
tes tenuioris fortunæ, felicis tamen in-
genij animum de continuandis studiis
desponderent, numerum alumnorum
celeberrimæ Academiæ Hafniensis se-
ptuaginta sex personis quotannis alen-
dis regia liberalitate auxit. Quo autem
Doctores ex regni indigenis etiam Da-
nia habere possit, in exteris nationibus
Theologiæ & Medicinæ operam da-
turi, quatuor doctissimi iuvenes etiam
regia munificentia centenis daleris &
amplius, quotannis illis numeratis su-
stentatur. Quid quæso Pietas est, si
hoc non est? Quid Deo gratius? Quid

B s eccl-

ecclesiæ & quid reipub. utilius? hinc
enim habemus veram religionem, hinc
habemus facultates, artes & linguas.
Annos abhinc septuaginta retro nume-
ra & illus temporis, quæso, statum con-
sidera, quibus nominibus doctos vi-
ros tum habuit Dania? quos Theolo-
gos? quos Medicos? quos Rethores?
quos in linguis doctis peritiores? certè
una cum religione, nescio quo fato, o-
mnes artes & scientiæ erant collapsæ
& corruptæ: ut verè cum Philosopho
illo Satyrico dicere possimus, Ius
Grammaticæ tanum penes Alexan-
drum fuit, Dialecticæ penes Hispanum,
Rheticæ penes Laurentium
Aquilegium, Mathematicis disciplinis
suffecit eomputus ecclesiasticus, histo-
rijs fasciculus temporum, reliquis uni-
uersis Isodorus.

Illud etiam seculum natuum illum
latinæ linguae succum & sanguinem
prosperus amisit, nam sermo ita vitiatus
fuit, ut in meram degenerarit barbarie,
quæ ad memoriam usq; parentum no-
stro-

25

strorum adhæsit, antequam per talia
media sanctissimorum Regum Chri-
stiani III. & FRIDERICI II. no-
bis restitutus sit nativus linguae latinæ
succus & nitor: imò non tantum illius
sed etiam cæterarum, vt non minus
quam Saxones Græcam linguam per
Lascarem Alpes transvolasse dixerunt,
nos verè affirmare possimus & linguas
doctas & omnes facultates & artes per
doctos viros regia liberalitate enutri-
tos, & altos non modò Alpes, sed e-
tiam Oceanum Balthicum Hafniam
vsque transvolasse.

Hæc sanctissimi Regis religio fuit,
hoc ecclesiæ Dei amplificandæ & or-
nandæ studium: quomodo verò rem-
publicam vberius ornari & amplifi-
carit iam considerat: considera quale re-
gnum accepit & quale reliquit.

Regnum à parente laudatissi-
mæ memoriae optimè constitutum
& prudentissimè ornatum accepit,
sed illud multum amplificatum reli-
quit, Quomodo Christianissimus pa-
ter

ter religionem puram à tyrannide pō-
tificia vindicauit : quomodo ecclesias
& scholas ordinauit : quomodo eas
regia munificentia subleuauit , & o-
mnibus liberalitatis officiis ornauit ,
antè audistis : audistis etiam quomodo
sanctissimum patrem , sanctissimus fi-
lius *F R I D E R I C V S* II. non solùm
in his imitatus est, sed etiam multum
superauit : Ea enim quæ pater piissimè
ordinauit, ipse non improbauit, quod
vivum pietatis, erga mortuum patrem
testimonium fuit , sed literis confirmata
locupletauit, docentibus stipendia
augens, & discentibus alimenta & alia
necessaria prospiciens. Nonne idem
in Politica administratione factum est ?
vide & penitus magnifica & utilia æ-
dificia contemplare, & politiæ statum
non oscitarter, sed apertis oculis ac
mente intuere.

Multis encomijs Christianus pater
extollitur quod multa loca ædificiis or-
narit, & arces etiam nonnullas extrui
curarit, quantas laudes eo nomine huc
regem

régem nostrum **F R I D E R I C V M** II.
 allecutum & obtinere dicemus? vide
 ut arcem Fridrichsburgensem extruxe-
 rit & fossis munierit? vide Hafniensem,
 vide Scanderburgensem & Anderscho-
 uiensem, vñtum vt eas & cæteras præ-
 teream, & loco multarum vnam tibi
 nomine mi, vide vt arcem Chronobur-
 gensem non solùm ab imis fundamen-
 tis extruxerit, sed etiam validissimis
 munitionibus sepierit, vnde non im-
 merito regni Daniæ alterum propu-
 gnaculum dici possit. Hac arce san-
 ctissimus Rex mirificè delectabatur;
 quare etiam sumnam operam in hanc
 muniendam & ornandam conuexit:
 in hac arce reliquit post se monumen-
 tum verè Mausoleum, cuius simile in
 tota Europa vix reperitur, monumen-
 tum, non modò huius solummodo lo-
 ci, sed etiam totius regni ornamentum;
 Reges Daniæ centum (tot enim sciri
 possunt à Dan primo, usq; ad nostrum
F R I D E R I C V M II. aulæis sericis
 maximo impenso intertextos insigni-
 bus

tyrannide pō:
 todo ecclesias
 quomodo eas
 evauit, & o-
 ficiis ornavit,
 am quomodo
 sanctissimus fi-
 lii, non solūm
 etiam multum
 pater piissime
 robauit, quod
 rium patrem
 teris confirma-
 tibus stipendia
 alimenta & alia
 Nonne idem
 one factum est?
 ca & vilia re-
 politice statum
 pertis oculis ac
 hristianus pater
 oca ad hincis or-
 nullas extru-
 eo nomine huc
 regem

bus singulorū , pro varietate & numero regnorum , quibus imperarunt , adiunctis , cum breuissima ierum·gestarum historia rhythmis Germanicis comprehensa .

Suetonius commemorat Cæsarem Augustum , imperatorū , qui cum laude imperiis præfuerunt , imagines sculptas in domo , in qua frequentius esset , locasse , easq; diligenter , intuitum esse , ut illorum exempla in uita & imperio imitari cogitaret : ita illustrissimus rex regum Danorum , non modò eorum qui cum laude regnum administrarunt , sed omnium qui vñquam in Dania rerum potiti sunt , siue cum laude siue cum ignominia præfuerunt , effigies formari voluit , quò habere possent posteri Danorum Reges exemplaria tam eorum quæ omittenda & fugienda , quam quæ committenda & facienda sunt , & ita exemplum ab alijs sumere ut Comici verbis utar , sibi quod ex usu fiet : quod pulcherrimo Epiphonemate Doctissimus vir M. Iuanus Bartholomaeus

nus

nns monasterij Ringstadiensis præses
cui negotium rhithmorum Danicè cō-
ficiendorum antequā Germanicè ver-
terentur, commissum erat, in hanc sen-
tentiam subiunxit.

*Cernis ut historiae speculū sunt normaq; Regū:
Hæ facienda docent, hæ fugienda monent.
Quod Reges timidè monuisse verentur amici,
Exprimit audacter Regibus historia.*

Ita arcæ in quibus non minima re-
gnorum salus consistit serenissimus rex
ab imis fundamentis extruxit, vt inte-
rea taceam reliquas, quas vberius stru-
ctura ita amplificauit & muniuit; vt in-
de non minus quam olim Cesar Octa-
uianus de vrbe Roma ædificiis à se or-
nata gloriari posset: Octauianus cre-
brò in ore habuit tanquā symbolum;
Romam latericiam accepi, marmoreā
relinquo, Nonne idem Rex noster de-
se simile quid affirmare potuisset?

Verūm non satis esse duxit regna
tot arcibus tutissimo aduersus hostium
incursiones propugnaculo & asylo mu-
nita habere: sed etiam plurimū referre

leges

leges in pretio & vigore obseruare; vñ
enim arces regnab hostibus seruando
utiles sunt: ita leges regni incolis inser-
uiunt, imò conseruant, quo minus dis-
sipentur, quare etiam non exigua cura
honestarum legum fuit.

Pater Christianus III. subditorum
commodis bene cupiens de certis fa-
ctorum casibus & circumstantiis suas
quasam positivas leges iustitiae ser-
uandæ profuturas tulit, Idem ab æ-
quissimo filio FRIDERICO II. fa-
ctum est non solùm in Daniæ legibus
sed etiam in nostris Noruagicis, ubi
cunq; leges nostræ à S. Olao rēge latae
correctione indigerent, & subditorum
necessitas emerita postularet. Atq; ob
hanc causam s̄p̄ius plenaria potestate
regij commissarij è Senatu regni lectis
simi viri huc in Norvegiam mitteban-
tur, qui vicem regis in causis cognos-
cendis & diiudicandis agerent quo-
rum emeritas & legum mitigationes
æquissimas etiamnum habemus.

Ita enim legum prima cura illustris-
simi

simi regis fuit. Nullus enim status, nulla ciuitas, nullum regnum, sine legibus felix & diuturnum esse potest. Sunt enim leges bonae non Tyrannorum & potentum retia aut liberioris vitæ compedes, ut vulgus putat: sed nerui & vincula humanæ societatis & vitæ ciuilis, quibus perruptis horribilem confusio- nem & omnium rerum tristem vastationem sequi necesse est.

Vtq; regno ita sapientissimè con-
stituto, religione sincera, munitioni-
bus atq; arcibus, & legibus, politiæ a-
nima, subditis suis, vt Christianum de-
cet Principem & Regem, vt blandissi-
mus pater præfuit: pietate, castitate,
humanitate, humilitate & similibus in-
finitis quæ vitam honestam commen-
dant, eis prælucens: vt interea taceam
regiam illius clementiam, fortitudinē,
liberalitatem & paternum affectum
erga suos subditos, quas omnes enu-
merare non est nostri instituti: neq;
ijs viribus & facundia sumus, vt mini-
mam earum, veluti par esset, ornare &

C illu-

illustrare possimus, quo circa præcipu-
as deligamus & attingamus.

De pietate quanta in hoc rege no-
stro fuerit nemini dubium esse potest,
ipse enim administratione regni ac-
cepta, se pienissimum Regem esse
satis declarauit. Videlis ut domum
Dei amarit, vides quantis benefi-
cijs Ecclesias & Scholas cumularit,
quæ causa, quæ mens, quod con-
silium horum statui potest? nonne o-
mnia à vera eius pietate & non ali-
unde profecta sunt? vidistis etiam ut
cætera pietatis exercitia & officia, re-
gis indefessum audiendi verbum Dei
& precandi studium præterea, quo-
ties piissimus Rex publicas preces
per totam Daniam & Noruegiam,
casq[ue] tribus continuis diebus manda-
uit, cui hoc annumerabimus? nonne
incredibili Regis pietati? nonne hæc
pietas, est fiduciam in Deo collocare
& in Deo præsidium exspectare? Quo-
ties enim piissimus Rex verebatur
regnis suis impendere mala, se ad pre-
ces

29

ces exemplo pientissimorum regum
conuertit. Ita hoc anno mense februa-
rio diem forte fatalem non procul ab-
esse sentiens, publicas preces per to-
tam Daniam, Noruegiam, & Hol-
satiam imperauit, formulas concessionū
suis impensis imprimi mandauit, &
tot exemplaria quot pastoribus ho-
rum regnorum & Ducatus suffice-
rent, ad superintendentes Dioecesi-
um mitti procurauit.

Tanta regis pietas fuit unde non
immerito beati & multum felices su-
mus, ut enim Principum peccata sub-
ditis maximæ calamitati fiunt, iuxta
illud: Quicquid delirant Reges ple-
ctuntur Achivi: Ita & principum pie-
tas maximè eosdem beat. Quis rogo-
tam stupidus, tam hebes, tam mentis
& intelligentiæ inops est, qui non vi-
deat quantis bonis optimus Deus per
hanc Regis pietatem, nos, licet ingra-
tissimos, accumulator? circumspice qui
dem te, & Belgicas prouincias tibi vi-
cinas contemplare, atq; ex illarū afflictio-

C 2 nibus

bus tuam felicitatem rationare, nonne
antea illæ florentissimæ erant, nunc ve-
rò in abyssum quasi omnium calamita-
tum demersæ laborant? nonne antea
in pace & summa tranquillitate placi-
dè vixerunt; nunc verò annos 25 amplius
miserrima plurimorum homi-
num laniena instar bestiarum passim
dilacerantur; atq; quod grauissimum
est, propter defectionem à pontificijs
commentis, tanquam hæretici ad gra-
uissima supplicia rapiuntur. Cur igi-
tur tu somnum tuis oculis non abster-
gis & consideratis illorum casibus tu-
am felicitatem agnoscis? in summa trā-
quillitate & altissima, sine bellorum
motibus, pace nunc viuis: verbo Dei
sine cæde & sanguine potiris, nullas do-
ctrinæ purioris corruptelas audis; nul-
las calumnias aut hyperbolas venenato
spiritu turgidas sentis: cui quæso tanta
commoda vis ascribere? nonne san-
ctissimo regi **FRIDERICO II.** ea
omnia vis accepta referre? certè id ut
facias par est. Hanc nostram felici-
tatem

citatem beatissimæ memoriae Philip-
pus Melanthon bonarum literarum,
post obtenebratam religionem primus
instaurator & illustrator his verbis
alicubi suo tempore prædicauit: Opti-
mè, inquit, congruit imago Halcionum
ad ecclesias in Danico nunc regno præ-
fertim, cùm Dei beneficio ibi verius
sint halcionia quàm usquam in toto ter-
rari orbe. Ut enim aiunt halciones in
mari in arduis scopulis nidos construe-
re, & ibi in media Bruma ouis incubare
& excludere pullos, quo tempore
quantum nulla pars hyemis horridior
est, tamen aliquot dierum in mari tran-
quillitas est, ne fluctibus nidi & oua
obruantur & dissipentur: Ita in insula
Dania inter scopulos collocavit D E-
V S ecclesias suas, in quibus vox euan-
gelij incorrupta sonat, & studia opti-
marum artium & linguarum rectè in-
stituta sunt: & his tantis tumultibus
aliorum regnorum omnium, pacem
Danico regno ita concedit DEVS, ut
nec bella gubernationem Politicam,

C 3 nec

nec saevitia cuiusquam nec dissidia ec-
clesias turbent.

Hæc tum temporis Philippus Melanthon: Quod si hodie in viuis esset, quid putas ipsum dicturum? quibus nominibus nos tam felices ipsum arbitraris prædicatuum? nos qui ex eo tempore hisce halcyonijs tranquillitatis sub pijs & pacificis regibus potius sumus, etiamnum potimur, & in posterum Dei benignitate potituri.

Atq; hæc de regis pietate, vnde vides sanctissimum regem non tantum regnum ab hac virtute inchoasse sed etiam cum hac administrasse. Verum ut nullum vitium solum est, ita neq; vlla virtus sola est, sed habet comites: Et quò excellentior virtus est, eò plures in comitatu habet virtutes, vnde factum est, quod illustrissimus rex tam diuina pietate excellens in tota vita & politica gubernatione tot virtutum præsidio munitus tantoq; earum comitatu circumseptus fuerit, vt omnium oculos in se conuerterit. Hæ virtutes non aliunde

aliunde quām à diuīna illius pietate
profectæ sunt, verūm ne prolixiores si-
mus eas ordine attingamus, atq; pri-
mum illius castitatem non minimum
pietatis indicium perlustremus.

Quanta virtus castitas sit, quis non
videt? quantum cæterarum virtutum
ornamentum sit, quis non intelligit?
videsne vnam castitatem maxime o-
mnium virtutum te commendare? po-
tesne aliquid discriminis inter faciem
tnam & reliquum corpus animaduer-
tere? hoc si tibi difficile non fuerit illud
facile erit: Quantum n. speciosus vul-
tus venustatē totius corporis antecellit
tantum castitas reliquas virtutes. Nul-
lū verò esse mēbrum quod te magis cō-
mendat, facile hīc intellexeris q; vna fa-
ciei cicatrix te magis deformat quā aliās
centum in reliquo corpore. Ita castitas
celſiūs cōſurgentem vitā exornat, & o-
mnium cæterarum virtutū & donorū
ingens & necessarium est ornamētum,
quo amīlo omnia cætera, potentiae, o-
pūm, honorum, virtutum decora de-
formantur.

Ne

Ne igitur excellentes eius virtutes
vagæ libidines fädarent & conspurca-
rent, elegit sibi coniugem vitæ sociam
illustrißimam & modestissimam **S O-**
P H I A M illustrißimi Principis
V D A L R I C I Ducis Megapolensis
filiam, cum qua matrimonium nu-
ptiarum festiuitate Hafniæ contra-
xit Anno Christi 1572. die 20.
Iulij, postquam annos 38 natus, hisce
regnis annos 13 præfuisset. Cum hac
illustrißima coniuge sanctissimè & ca-
stissimè vixit, ex illa dulcissima coniugii
pignora suscipiens generosos libe-
ros. Christianum IIII. electum Re-
gem, qui Anno 77. 12 die Aprilis
Fridrichsburgi natus est, & præter il-
lum, Vdalricum, Iohannem, Elisabe-
tham, Annam, Augustam, Hedwigin.

Filios disciplina honestissima eru-
diri non minori cura & diligentia cura-
uit, quam laudatissimos illos Persarum
reges olim educari solitos Xenophon
in pædia Cyri commemorat. Ita sub-
ditis sanctissimus Rex non solum pie-
tatis

tatis sed etiam casti pudoris exemplar
fuit, cum quibus virtutibus cæteras,
de quibus me dictorum modò promi-
si, vberimè coniunxit, iusticiam, cle-
menriam, fortitudinem, studium pa-
cis, liberalitatem & lenitatem paternam.

Iusticia eius in legibus piè & prudē-
ter latis refulget. Demades Atheni-
ensium leges à Dracone latas, propter
nimium rigorem, non atramento sed
sanguine scriptas ait. Tale de *F R I D E-*
R I C I nostri legibus dici non potest.
Eas enim leges quæ á prioribus regi-
bus seuerius scriptæ viderentur, pro
subditorum vtilitate & certarum cir-
cumstantiarum necessitate mitigauit,
vt antea diximus; neq; ipse vnquam in
delinquentes seuerius animaduertisse
visus est, quin potius iusticiam, lenita-
te, clementia & bonitate nativa & verè
regia temperauit, vnde non immerito
regio epitheto clementissimus Rex vo-
catus est. Hæc clementia fecit vt sub-
ditis metuendus non fuerit, neq; illi
subditi. Dionysius ille Siculus nemini

C 5 ne

ne quidem intimis amicis, tonsuram
barbae committere audebat pro timore
Tyrannidis quo perculsus erat. Quem
enim multi timet, multos quoque timet.
tali formidine noster rex planè vacu-
us erat atque adeo, ut sibi certò promisi-
sse potuisset, se subditum non habuisse,
in cuius gremio somnium capturus, caput
totā noctem idque sub diō non ausus de-
posuisse fuisset. Veram enim omnium
benevolentiam & ardentissimam cōse-
gnū qualis liberorum erga parentes esse
solet, regia clementia, lenitas, modera-
tio, & bonitas sibi conciliarunt,

Insuper iustitiam regis comitabatur
Fortitudo non deuitans pericula & la-
bores pro defensione ecclesiae & poli-
tiae. Verum gratiae nunquam satis dignae
Deo fieri possunt, qui nobis tam diu-
turnam pacem sub tam pacifico rege
cōcesserit, quo minus arma induere san-
ctissimo regi opus fuerit. Toto n. im-
perij tempore pacificus vixit postquam
Dithmarsis supercilium anno I. imperij
depressisset & cum vicino Sueciae rege
fœde-

fœdera pacta post octo annorum bel-
lum confirmasset, ita chariorem habuit
pius Rex subditorū salutē quām vt te-
merē eos hostibus obīceret trucidādos

Nouit tot & tanta esse belli incom-
moda, quot pacis cōmoda, nouit pa-
cem vnam innumeris triumphis potio-
rem. In bellis religio turbatur, artes &
disciplinæ delentur, subditorum bona
vastantur & diripiuntur, vt præteream
alia infinita belli mala: maluit ergo in
pace ecclesijs, politijs & scholis consu-
le, quām ijs bello pericula creare, &
perniciem accessere: maluit pacis ama-
tor, quām expugnator & populator
& esse & appellari.

Laudatur Carolus Magnus, Otto-
nes, Saxones, Johannes Friderieus,
Henricus auceps & alijs qui propter re-
ligionem arma induerunt: certè non
minus laudādus est noster rex *FRIDE-
RICVS* qui eā togatus in pace cōserua-
uit: Laudantur prisci Danorū reges, qui
regni terminos extenderunt, regnoq;
Danicæ aliaregna adiecerūt sibiq; tribu-
taria

fecerunt: Russiam, Angliam, Scotiam,
Suetiam, Noruegiam, Aquitaniam,
Hiberniam, Liuoniam, Saxoniam,
Churlandiam (tot enim regna Danis
regibus paruisse ex historijs certum est
tamē magis laudandus est noster **F R I-**
D E R I C V S, qui patris exemplo cæde
& bellis cruentis abstinuit & suā spar-
tam, quam nactus erat, ornauit. Ut-
nam omnes Reges & Principes hoc
imitari vellent, tum sanguinis profusio
minor esset, tum metus subditorum ra-
rior, tum etiam Regum & Principum
corona apud Regum & Dominum
dominantium die talionis auctior futu-
ra esset.

Sed hic præterire nō possum, quin
tuam ô Noruegia felicitatem tibi in
memoriam reuocem, tuam felicitatem
quæ iam regibus Danis pares. Au-
diuimus ex viris fide dignis & multa
ætate prouectis, nunquam res Norua-
gicas in tranquilliori statu, atq; sub Da-
nis regibus fuisse, atq; hæc se ex mai-
orum relatu habere affirmarunt. Hoc
veri-

verisimile, imò verum esse historiæ testantur: assiduè enim tam motibus intestinis quam externis incisionibus tumultus auditи sunt, antequam Margareta regis Haquini nostri vidua post obitum patris sui Valdemari III. Danicæ sceptrum adepta, Noruegiam Danicæ imperio adiunxit, ex quo tempore Noruegia Danicæ quasi hereditate adiecta floruit, nullis bellis intestinis, nullis factionibus auditis, nullis hostium copijs visis, præter eas quas proximo Sueicco bello vidimus.

Quid quæso beatius tibi contingere potest? quam tanta pace sub tam pacifico principe frui? Quamvis fortè acerbum tibi fuit propria manu ædes cum multa supellectili incensas deflagrare, ne latibula hostium arci Agershusensi expugnandæ idonea fierent; tamen hanc acerbitate lenit & mitigat tam diuturna pax 18 annorum, quo tempore nulla tributa tibi regia clementia imperauit, nulla dedisti, sed tanquam Dominus in tua possessione sedisti.

Van-

Tanta clementia & benignitate serenissimus Rex detrimentum tuum in bello factum resarcire voluit: imo non modò non tributa exegit, sed sua insuper liberalitate te affecit, te priuilegijs pro tuis postulatis sèpius impetravit & alijs benignitatis nominibus tuæ necessitatì subuenit & profuit.

Ex hisce virtutibus perspicuum est, quomodo in subditos affectus fuerit serenissimus Rex: sed ut omnia in unum contraham, talis subditis fuit, qualis liberis blandissimus pater: nihil ei gratus fuit, quam ut maximè ipsorum servire commodis. Quare exitiosis bellis abstinentis pacem studuit, & summa solicitudine incubuit eis auertendis, quæ pacem turbare & minuere posse viderentur, idq; non solum se viuo, sed etiam post mortem suam.

Memoriæ proditum est Neronem Claudium hæc verba assidue tanquam symbolum in ore habuisse: Priamus mirum in modum beatus fuit, quod patriam Troiam simul cum imperio per-

perditam vidit: noster verò **FRIDERI-**
CVS longè aliter fuit affectus, nō patri-
am Dantiam vel Noruegiam cum suo
imperio occumbere desiderauit, sed se
mortuo eam superesse optauit: Huius
rei certius argumentum esse non po-
test, quām in regni successionem filij
sui Christiani III electio: vidite enim
circumspectus pater patriæ, ea recon-
cordiam iuuari & cōglutinari, & nouis
motibus occasiones præcidi & negari:
edoctus illis quæ mortuo auo Fride-
rico I. contigerunt. Illius enim obi-
tum, regni successore non antè designa-
to, secutum est interregnum, quod
multis periculis hæc regna inuoluit, an-
tequam à patre Christiano III. depel-
lerentur.

In regni igitur successionem filium
natu maximum Christianum III. cū
consensu senatus regnorum & incola-
rum voto elegit Anno Christi 1534.
quò hac ratione subditis non solum
successorēm certum, sed etiam pacem
& tranquillitatē ab intestinis dissensio-
nibus

& externis incursionibus alienam re-
linqueret. Facti sui habuit exemplum
summorum regum quo sibi quoq; fa-
ciendum, quod illi fecerunt, duxit.
Dauid filium Salomonem ante mor-
tem designauit regem; Sic Carolus
Magnus filium Ludoicum; Sic Hen-
ricus Auceps filium Ottонem II. Sic
Otto II. Ottонem III; Sic Otto III
Ottонем IIII. &c. Verum quid
exterios commero, videamus prosapi-
am Serenissimi regis nostri; nonne idē
Christianus I. cum Iohanne adhuc vi-
uens fecit? nonne idem Rex Iohannes
cum filio Christiano I I. exule? nonne
idem Christianus III. cum nostro re-
ge Friderico II fecit?

Ita prudens & circumspectus pater
patriæ vt viuus dissensiones & factio-
nes restinguere, ita mortuus easdem
cavere voluit. Eodem animo & pro-
posito rem eò deduxit, vt illustrissimi
Duces Holsatiæ, Iohannes Senior, A-
dolphus patrui, & Iohannes Junior fra-
ter se regni Daniæ vasallos agnosceret:
quare

quare & Otthoniae, quae Fioniae metropolis est Anno 1520. 3 die Maij ducatum Slesuensem solenni ritu à FRIDERICO II. feudum sumpserunt. Hoc ut facerent illustrissimi Duces, serenissimum regem non mouebant priuata commoda, sed communis Reipub. vtilitas: nō ut illos sibi stipendiarios faceret, sed ut patrīæ hoc modo consuleret ne Holsatia duces, si aliquando humanitus Daniæ, quod tamen Deus auertat, contigerit, militiam detrectare deberent, sed ut Vasallos decet, pro salute Daniæ fortiter etiam laborarent.

Alphonsus Neopolitanus Rex sumum affectum erga subditos, symbolo suo, Pelicatio pectus sibi rostro fodiente & sanguine pullos potante, cum hac inscriptione: Pro lege & grege, declarare voluit: Verum noster Rex omnibus modis in tota sua vita factis suum affectum expressit, quæ res effecit, ut non modò incolarum sibi benevolentia conciliārit, sed etiam exterorū, qui ut patrem venerabantur: Testis est Dan-

D

tiscū,

tiscum, quod hunc regem defensorem,
cuius tutelæ suas fortunas committe-
ret, elegit. Testes sunt aliæ ciuitates, vt
regiones taceam, quæ amicitiam & so-
ciatem cum hoc nostro rege deside-
rârunt. Sed vt brevibus me expediam
& totam eius vitam uno verbo expri-
mâ, inter omnes principes veluti He-
sperus hoc tempore vesperi inter om-
nes reliquas stellas longissimè eniuit
& eluxit noster *F R I D E R I C V S*.

Verùm de eius vita dicendi finem
faciam, restat nunc felix & placidus ex
hoc mundo exitus.

Mortuus est *F R I D E R I C V S* II.
Rex noster clementissimus Ander-
schouiae arce in Selandia munitissima
4. die Aprilis Anno 88. ætatis vero su-
æ 54. climacterico sexto. Fuit autem
totum eius vitæ curriculum 53 anno-
rum, 9 mensium & dierum quatuor.

De morbo eius nihil certi nobis
constat, præter ea quæ relatione alio-
rum accepimus: ipsum præterlapsa-
vere in morbum incidisse, vt extremè
per-

em defensorem,
unas committit
alii ciuitates, vt
amicitiam & so-
stro rege deside-
bus me expediam
uno verbo exprim-
cipes veluti He-
vesperi inter om-
ongissime enieuit
D E R I C V S.
ita dicendi finem
felix & placidus ex

I D E R I C V S II.
utissimus Ander-
landia munitissima
88, ætatis vero su-
sesto. Fuit autem
curriculum 53 anno
& dierum quatuor.
us nihil certi nobis
a qua relatione alio
: ipsum præterlapsus
incidisse, vt extre-
mum

37

perclitari visus sit: sed auxiliante Deo
postea illum liberatum esse, vnde &
gratiæ in ecclesiis pro restituta regiæ
maiestati valetudine actæ sunt. Ve-
rū postea morbus serenissimi Regis
proh dolor, recruduit, quem vbi indi-
es ingrauescere sensit, rem Deo com-
mendauit, de nulla re magis sollicitus
quām de ecclesiæ & politiæ incolu-
mitate, quare ardentibus votis suos sub-
ditos Deo commendauit & filio Chri-
stiano III. electo regi non secus atq;
Patriarcha Iacobus moriturus nepotibus
ex filio Manasse & Ephraimo, à
Deo omnem prosperitatem optauit,
quamvis illustrissimus princeps tum
in Cimbria abfuerit.

Adfuit autem illustrissima & mœ-
stissima Regina **S O P H I A**, adfuit &
regius cancellarius Nicolaus Kaas vir
prudentissimus & humanissimus cum
alijs magni nominis & autoritatis viris,
quibus filium Christianum IV. com-
mendauit, vt datae fidei memores, il-
lum Regem designatū fideliter in bo-

nis literis & pietatis officijs institui diligenter curarent: & ipsi autores essent ut imperio per ætatem inauguratus, paterno & aucto exemplo, puram euangelij doctrinam, ecclesias & scholas atq; patriæ deniq; salutem & dignitatem pacis amans tueatur & promoueat.

Quām magnifica vox & Christiano principe digna? qui etiam in agone de ecclesiæ & politiæ incolumitate solicitus fuit. Verūm hæc silentio præterire non possum, illustrissimi Regis animum, ut corpus, morbo non fuisse debilitatum aut immutatum. In tota vita fastum & superbiam auersabatur & detestabatur, quod norunt omnes h̄, qui regiam eius maiestatem vñquam viderunt: idem etiam morti vicinus fecit. Vetus enim ne quid superflue post exhala tam animam, cum corpore eius heret, quod luxum & superbiam spiraret, sed quām primūm ut sibi iusta fierent mandauit; hanc vltimam suam voluntatem eos exequi voluit; has exequias sibi gratas esse affirmauit. Ita sanctissimus rex quo

quo major omnibus honore, gloria & dignitate fuit, eo minor eiusdem superbia fuit.

Hoc quāvis aliorū relatu habeamus, tamen verisimile imò verissimum apparet: hodie sepelitur septimanas tantum nouem mortuus, relinquens alijs exemplum humilitatis & frugalitatis eius quam antea in lege de sepultura nobilibus suis commendauerat.

Ita Rex in tota vita felix, in morte felicissimus animā æterno Deo in inuocatione filij Dei cōmendauit, præsentibus, mōstissima coniuge *SOPHIA*, regio cancellario Nicolao Kaas, Doctore Petro Seuerini Archiatro regio, & pastore regio, M. Christophoro Knoof, & alijs. Eius corpus hoc die 5 Iunij Roschildiæ in æde Divi Lucij honorificè vt decet, apud parentes sepelitur. Nostrarum partium est, filium electum Regem *CHRISTIANVM IV.* non minus atq; patrem laudatissimæ memoriae *FRIDERICVM II.* amare; Decet enim, vt loquitur Iso-

crates


crates ad Demonicum, liberos ut ho-
norum & fortunarum: sic & amici-
tiæ paternæ esse hæredes. Quanto a-
more nos pater complexus erat, tanto
vicissim filium nos amplecti debemus,
nisi vindictam Dei incurrere & pœ-
nam ingratitudinis luere velimus.


Quod superest, te omnipotens &
æterne DEVS, qui regna constituis
& transfers, toto pectore oramus, vt
CHRISTIANO IV, Regi designa-
to & vicem patris iam breui, Te aspi-
rante, subituro, clementer adsis: & in-
clytam Comitum Oldenburgenſium
familiam, ex qua continuos iam 140
annos Dania & Noruegia Reges ele-
gerunt, deinceps etiam conserues &
gubernes, cum generofissimis Danicæ
proceribus, Regio cancellario & cæte-
ris, Amplissimo regnorū senatu: quò
tutius in pace tranquilla viue-
re & diuinis & omnis hu-
manitatis disciplinis va-
care possimus.

DIXI.

i, liberos ut ho-
n; sic & amici-
des. Quanto a-
lexus erat, tanto
implicti debemus,
incurrere & por-
tere velimus.

e omnipotens &
regna constituis
flore oramus, vt
V, Regi designa-
m breui, Te aspi-
menter adfis; & in-
Oldenburgensem
ritinuos iam 149
ruegia Reges ele-
tiam conserues &
merosissimis Danie-
cancellario & cate-
gnorū senatu; quo
tranquilla viue-
& omnis hu-
isciplinis va-
lissimus.










x-rite

mm



+

colorchecker CLASSIC

x-rite

x-rite

colorchecker CLASSIC






x-rite

100 100 100 100 100 100 100 mm

x-rite

mm




x-rite COLORCHECKER CLASSIC

x-rite

x-rite

color**checker** CLASSIC



x-rite

1 mm